

CAPUT OCTAVUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Baldad Jobum arguit loquacitatis, contenditque Jobi liberos justo Dei iudicio ob sua scelera deletos; spondens nihilominus Deum ipsi propitium fore, et domus ruinas instauraturum, si ex animo illum coheret. Quam porro educea et instabilis sit hypocritarum domus, scripsi et araneorum teles similitudine declarat. Et sicut simplicibus et rectis prospera pollicetur, ita hypocritis et iniquis adversa comminatur.

1. Respondens autem Baldad Suhites, dixit: 2. Usquequo loqueris talia, et spiritus multiplex sermones oris tui? 3. Numquid Deus supplantat iudicium? aut Omnipotens subvertit quod justum est? 4. Etiam si filii tui peccaverunt ei, et dimisit eos in manu iniquitatis suae: 5. Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, et Omnipotentem fueris deprecatus: 6. Si mundus et rectas inaccesseris, statim evigilabit ad te, et pacatum reddet habitaculum justitiae tuae: 7. In tantum, ut si priora tua fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis. 8. Interroga enim generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam: 9. (Hesterni quippe sumus, et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram.) 10. Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, et de corde suo profertur eloquia. 11. Numquid vires potest scripus absque humore? aut crescere careetum sine aqua? 12. Cum adhuc sit in flere, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: 13. Sic viae omnium qui obliviscuntur Deum, et spes hypocritarum peribit: 14. Non ei placebit vecordia sua, et sicut tela araneorum fiducia ejus. 15. Inuitetur super domum suam, et non stabit: fulciet eam, et non consurget: 16. Humectus videtur antequam veniat sol, et in ortu suo germen ejus egredietur. 17. Super acervum petrarum radices ejus densantur, et inter lapides commorabitur. 18. Si absorberit eum de loco suo, negabit eum, et dicit: non novi te. 19. Haec est enim laetitia viae ejus, ut rursum de terra alii germinentur. 20. Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis: 21. Donec impleatur risu os tuum, et labia tua júbilo. 22. Qui oderunt te, induentur confusione: et tabernaculum impiorum non subsistet.

Vers. 1 et 2.

1 et 2. RESPONDENS AUTEM BALDAD SUHITES DIXIT: USQUEQUO LOQUERIS TALIA, ET SPIRITUS MULTIPLEX SERMONES ORIS TUI? — Baldad, dignitate inter amicos secundus, non uti Eliphaz urbana quationem praefatione, sed ex abrupto verbis indignatione plenis utens: Usquequo, inquit, verba haec ventosa et vana, et clamorosas voces et sonitus multitudinem innumeratos, a sana tamen et religiosa mente vacuos efflatis? ita nimirum Baldad arcano sermonis Jobi sensu minime intellecto nullo temere de illo judicabat, ipsomet in illud vitium gravissime impingens, quod in innocente Jobo reprehendebat, ut illud Apostoli Rom. II, 1 optime in ipsum quadret: « Propter quod inexcusabilis es, o homo, qui judicas: in quo enim judicas alterum teipsum condemnas: eadem enim agis quae judicas: » quippe qui appellas Jobum in loquendo audacem et superbum, loquacem et vaniloquum; talis ipsemet esse convinceris, dum Spiritus falsa ista de Jobo dicit. Illud autem spiritus multiplex ex omnium sententia significat verba ventosa, sonantia sine sensu, qualia proferri solent

ab hominibus clamorosis et loquacibus, in quibus videas « verborum quidem flumen, sed mentis guttam: » quod festive Theocritus aiebat de Anaximenis oratione, loquacis hominis et inconsiderati. Septuaginta reddunt, πνευμα πολυφωνου τος ορματας αυ, spiritus multiloquus oris tui; Theodotus Explicavit, gravissimus; Chaldaeus, sicut ventus magnus; Pagninus, spiritus fortis; Tigurina, verba oris tui sonantur pertinaciam. S. Hieronymus indicat significari a Baldado, non esse sobrium aut sane mentis Jobum, sed a furioso et vesano spiritu abreptum, illa verba, quae duobus capitibus praecedentibus prolulerat, tanquam vanos sine mente sonos fuisse locutum. Sed nil mirum est Baldadam tam inique de Jobi verbis sane sanctissimis sensisse, cum araneorum eorum sensum minime perciperet, atque ipsemet diaboli fascino impediretur, ne veritatem iis contentam intelligere illo modo posset; unde factum, ut in sinistram semper illa partem acciperet, et in contrariam sensum detorquebat. Pulchre ad hunc locum S. Gregorius lib. VIII

gravia sunt verba in Jobo.

Moral. cap. XXII: « Injustis, inquit, semper gravia sunt verba justorum, et quae ad edificationem prolata audiunt, haec quasi superimpositum pondus ferunt, quod de se aperte Baldad Suhites indicat dicens: Usquequo loqueris talia? qui enim usquequo dicit, quia edificationis verba jam portare non possit ostendit. Sed cum corrigi iniqui despicunt, bene prolata criminantur. Unde et profinus subjungit: Et spiritus multiplex sermonis oris tui. Cum multiplicitas in sermone reprehenditur, esse procul dubio intelligentiae gravitas in sensu denegatur: qui enim multipliciter sermonis oris tribuit, profecto cordis inopiam reprehendit. » In quibus Baldadi verbis haud obscure S. Doctor pharisaicum quid notat, quod tam libere doctorem suum diducit, carpat atque proscindat: solent quippe pharisaei non discendi studio audire, sed contradicendi; non ut aliquid salutis acquirant, sed ut aliquid calumniae invehant. Quo vitio etiamnum plurimi laborant, qui animo plana pharisaico conciones frequentant, non ut aliquid audiant, unde proficiant; sed ut aliquid habeant quod calumniantur; et si quid forte concionatori minus illis gratum exciderit, cum risu excipiant, sinistre interpretentur, et alio detorqueant; et tunc quidem liberius, si quem defectum eorum carperit. In quo araneis haud absimiles videntur, quae ex iisdem floribus, e quibus apes dulcissima mella legunt, noxia venena referunt.

Eandem rem Auctor Operis imperf. homil. 38 in Matth. alio exemplo illustrat, verbum Dei cum stomacho componens: sicut enim alimentum, cum sit unum et simplicissimum, tot induit formas, colores et virtutes, quot sunt diversa membra corporis, in quibus recipitur: non aliter Dei verbum, cum sit unum et simplicissimum, tot diversos effectus sortitur, quot sunt auditores, qui illud excipiunt. Ipse nobis Auctor rem totam suis verbis aperiat, quae sic habent: « Et sicut stomacho subministrante unumquodque membrum eiuscipit nutrimentum, et convertit ipsum in se secundum ipsam suam naturam, et puta, quod suscipit jecur totum fit sanguis; quod autem suscipit fel bilis efficitur totum; quod autem ascendit in pulmonem, phlegma fit; quod autem in mamillis totum efficitur lac: sic in Ecclesia sacerdotibus loquentibus verbum omnes suscipiunt; unusquisque autem convertit illud secundum proprium cor, ita ut unum quidem verbum in cordibus rectis procedat ad vitam; in cordibus autem perversis susciatur ad iracundiam quasi bilis; in aliis autem operator dilectionem dulcissimam quasi lac; in aliis vero odium quasi phlegma nocivum et expendum: » sic ille. E quibus jam facile erit cuilibet cognoscere qualem Dei verbum Jobi ore prolatum in Baldadi et sociorum cordibus effectum habuerit, cum tam acerbas in ipsum regeant reprehensiones, ne dicam scommata despuant. « Ceterum

(ut argute ad hunc eundem versum idem S. Gregorius observavit) pravi cum recta reprehendant, ne ipsi quae justa sunt nescire videntur, nota omnibus bona, quae audiendo didicerunt, quasi incognita proferunt; unde et Baldad profinus adjungit: »

3. NUMQUID DEUS SUPPLANTAT IUDICIUM? AUT ONNIPOTENS SUBVERTIT QUOD JUSTUM EST? — Verum haec B. Job nec loquens negaverat, nec reticens ignorabat, qui in superioribus duobus capitibus Eliphazi sententiam, dicentis adversitates in hoc mundo non nisi pro peccatis hominum imitti, et si peccatores a Deo flagellati converterentur, illos etiam in hac vita ad pristinum prosperitatis statum esse reducendos, doctissime simul ac solidissime refutaverat ostendens poenas peccatorum et justitiae praemium non in hac, sed in futura vita esse: a Deo expectanda; sed Baldad, qui vel futuram vitam nesciebat, vel saltem nullam ejus habebat rationem, sic Jobi verba intellexit, ac si dixisset Deum absolute peccata non punire, nec benefacta remunerari; quod sine dubio divinae justitiae adversaretur, qui proinde Baldad opponit dicens: « Numquid Deus supplantat iudicium? aut Omnipotens subvertit quod justum est? » inferendo scilicet hoc ex Jobi verbis sequi, si Deus in hoc mundo aliquis peccati expertes affligeret, ut ultra delicti meritiu poenis temporalibus puniret, vel a peccato resistentibus et ad eum reversis bona pristina non redderet.

Ceterum cum justitia duplici ut plurimum ratione ac via corrupti soleat, scilicet vel per astutiam alioquin sapientis, aut per violentiam alioquin potentis; Deus autem simul et perfectus sapientia et omnipotentia promissus in infinita praeditus sit; haudquaquam, ut D. Thomas ad hunc locum annotat, per sapientiam (quae hic Dei nomine intelligitur) quasi astute agens supplantat iudicium; ne per omnipotentiam quasi violenter opprimens subvertit quod justum est: quin potius (ut pulchre S. Dionysius, lib. De Div. Nom. cap. VIII, docet) « universa ordinat et determinat, omniaque ab omnium mixtione et confusione libera servans cuique convenientia rebus omnibus tribuit, prout cuiusque congruit dignitati: » quomobrem nomen hoc justitia nequaquam simpliciter ratione, sed quadrupliciter omnino a theologis de Deo praedicatur; primo, quidem casualiter, in quantum Deus fons est et causa omnis justitiae: quoniam omnis justitia, relictudo et sanctitas tam angelorum quam hominum ab ipso est, tanquam tenuis quaedam adumbratio justitiae illius infinite perfectae, et infinite supra omne justitiam creatam elevata. Secundo formaliter, quia cum suprema justitia consistat in amore Dei (per hunc enim efficitur supremo modo conformes legi aeternae) et Deus ipse sit sublimissimus et plenissimus amor sui, necesse est ipsum esse formalem justitiam, sublimissimam et plenissimam, infinite per-

Pharisaicum est vitium dicitur in peccatum accipere.

Verbum Dei cum alimento comparatur.

Vers. 1.

Baldad male putat Jobum dicitur iustitia quam deprecatur.

Justitia Dei non astutia corruptitur nec potentia subvertitur.

Quonia ordinat et servat.

Est fons justitiae hominum et angelorum.

Deus est formalis justitia, quae in amore ipsius consistit.

204

COMMENTARIA IN LIBRUM JOB, CAP. VIII.

Deus est obiectum omnis iustitie.

Deus iustus legislator et iudex.

Dei iustitia precepta legentia.

Mala Baldad et Jobi peccata cum calumpniis.

Vers. 4.

fectam, et infinite supra omnem beatorum iustitiam elevatam. Tertio dicitur *justus* obiective, quia ipse est obiectum et regula omnis iustitie et rectitudinis, ipsum enim amare supra iustitia est; nec obstat, quod reddere unicuique quod suum est iustitia vocetur, quia hec est iustitia humana et politica, que infima est; nos autem hic de supra iustitia loquimur, per quam homo absolute *justus* dicitur coram Deo, et a qua etiam Deus *justus* nominatur; que consistit in amore Dei et conformitate supra eum lege eterna, in qua iustitia illa humana eminenter continetur. Quarto dicitur *justus* ut legislator et iudex, quia summe amat iustitiam, et infinite odit injustitiam (id est opera mala divina legi ac maiestati repugnantis) eamque sub eterna pena velut, juxta illud *Psal. xiv. 8*: «Virga directionis virga regni tui: dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem:» Denique ordinem iustitie a demonibus et hominibus decursu totius hujus seculi violatam restituet et instaurabit, unicuique secundum opera et merita sua reddendo; hoc autem fiet in extremo iudicio, quando Christus, cui Pater omne hoc iudicium dedit, iudicabit omnes homines et demones in conspectu et presentia omnium angelorum. Tunc enim, ut habetur *Matth. xvi. 27*, «Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opera eius.»

De iustitia ergo Dei pro conclusione id breviter dici potest, eam summam esse, infinitam, inflexibilem, quam neque ulla cupiditas, aut impotentis animi furor aut timor aliorum possit corrumpere: est enim in Deo iustitia, qualis a sapientibus solet pingi, virgo incorrupta, quam nulla constupret avaritia, nulle violent sordes aut levitas ambitionis, nulla infectat vis aut motus; que non clausos habeat oculos, aut tenia obduetos, sed usque ad profundum ipsius animi persequatur scelus, et pervideat: neque ut Areopagitae de nocte fert iudicium, sed clarissimam in luce, atque, ut Nathan aiebat *II Reg. xii. 11*, «in oculis solis;» cujus gladius perfringit utraque divisionem anime, et statera etiam otiosum verbum et jocos urbanitatis expendit; cujus denique in animadvertendo severitas sine exemplo est, hoc est tanta, quantum vix ullis cogitatione assequatur. Unde Baldad Jobum sic arguit, *q. d.* Deus æquus est iudex, qui neque leges in iudicando violat, neque puniendo insolentem et impitium absolvendo iudicia pervertit: quare cum te tantopere discruciat, aliquid profecto deprehendit injustum quod puniendo coercet: ipsius quippe, opti one nisi Job delictis suis cruciatos illos meruisset, non ita fuisse a Deo flagellatus; in quo plane aberrabat, ex eodem ipso erroneo principio duens argumentum, ad persuadendum quoque Jobi liberis peccasse, utpote horrendo supplicio preemplos; unde subdit:

4. ETIAM SI FILII TUI PECCAVERUNT EI, ET DIMISIT

eos IN MANU INIQUITATIS SUE, — quasi dicit Baldad; Sicut filii tui propter peccatum ab ulcra Domini dextera sublatis sunt, sic tu ab eadem manu et modo cruciaris, et nisi mature divino forecru occurras penitentiam, tandem peribis: ita Sactius noster, qui ait eodem principio quo Eliphaz deceptum fuisse Baldad, dum Jobi filios peccatores fuisse asserit, et eam ob rem oppressos a ruente domo; neque quid admerint scelera ostendit. Dimissi autem dicitur in manu iniquitatis sue, id est traditi peccato, ut illud quasi divina iustitia esse vellet et carnis illatas ab Deo aut proximo ulcisceretur injurias; dicitur autem peccatum punire clericum reos, qui in causa fuit ut illi puniretur; quomodo dicitur aliquem ab avaritia seu ambitione extinctum, quia illum duo isti affectus in vite periculum coniecerunt. Qui dicendi modus non solum saceris, sed etiam profanis scriptoribus usitatus est: sic dicitur est ad Cain *Gen. iv. 6*: «Nonne si bene egeris recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum aderit?» quasi ultor, quod causam mortis undecumque locorum accersat, et te ipsum alieno vulnere conficiat. Ita Cicero ad *Atticum*: «Ulciscetur, inquit, eum mores sui,» id est, pravi atque difficiles mores irritabunt homines, qui penas exigant ingenii morosi et intractabilis. Explicuit optime Isaias cap. *lxvii. 7*, hujus loci sententiam isdem pene verbis: «Allisisti nos in manu iniquitatis nostre,» quod statim in altero hemistichio per epexegetisim exposuit: «Et peccata nostra absterunt nos:» idem quoque Psalmista docet his verbis *Psal. cxxxix. 12*: «Virum injustum mala capient in interitu.» Ubi pro capient, in Græco est *ἀρπάζουσι*, *vehuntur*, involvent rebus, venabulo transigent; hine alii vertunt apud S. Chrysostomum, *κατακτάτω ἕδρα ἀρπάζουσιν*, *iniquitates virum venantur*: quod doctus pontifex pulchre illustrat, atque *venationis* nomen a pio vate hic positum, ut intelligamus tulum neminem et securam esse, qui vitio irrelitit, tametsi opibus atque fama et inter homines gloria celebrari videatur. Latet in insidiis linea, pinnaque oblectantur, stygii canes ordine exspectant, venatorii cultri splendent. Iniquitates virum venantur, cum nihil minus cogitabit in plagas immittitur, vilam et sanguineam fundet suam: hoc utique Baldad etiam significat cum ait: «Et dimisit eos in manu iniquitatis sue.» Septuaginta reddunt, *ἀποστρέψαντες ἐν χειρὶ ἀνομίας αὐτῶν*, *misit in manu iniquitates eorum*. Quod sic exponit auctor *Catenæ*: «Sicut nati tui sua culpa lapsi sunt, an non iustam penam tulerunt?» Ubi iniquitates scelerum penas esse dicit, et in manu actionem intelligi, malam utique, que supplicio dignum opus molita est; Chaldaeus reddit: *Dimisit eos in locum transgressionis sue; Tigrina, permittit eis evenire quod scelus eorum postulabat*; Pagninus, *expulit eos e mundo propter prævaricationes eorum*. Quod autem Jobi filii, contra quam hic temere affirmat Bal-

Onomodo propter traditur in manu iniquitatis.

Iniquitates virum venantur.

dad, non peccaverint asserit D. Chrysostomus tom. I *Hom. I De Job*; et patet ex iis que superius ad cap. I, vers. 2 et 4 annotavimus.

Vers. 5 et 6.

Mane diluculo Deum conamergendum.

Statim a Deo adorandus est.

Ethnicis deo mancipia.

5 et 6. TU TAMEN SI DILUCULO CONSUMERERIS AD DEUM, ET OMNIPOTENTEM FUERIS DEPRECATUS: SI MUNDUS ET RECTUS INCESSERIS, STATIM EVIGILABIT AD TE, ET PACATUM REDDET HABITACULUM JUSTITIE TUE. — His verbis Baldad Dei facilitatem proponit, excitatque Jobum, ut respiscens assuescat primo mane preces castas fundere atque innoxie vivere; Deum nimirum hoc modo placatum iri, et amplam domum iustitie culta fortunatam restituentem, nullis perturbationibus obnoxiam. Hinc discant omnes religionis studiosi mane simul ac evigilaverint quam celerrime ad Deum confugere, atque ad illum mentem suam attollere: de iusto enim eximia est illa commendatio *Ecl. xxix. 6*, quod «cor suum tradit ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum:» ita Salomon laude et predicatione illum prosequitur, qui ad sapientiam, *Sap. vi. 13*, «de luce vigilaverit:» in Græco est *ἐφύλαξε*, *qui manieaverit*, qui summo mane, prima luce, subito a somno aciem mentis et promptam animi voluntatem ad parentem suum Deum adiecit. Certe illud est piorum omnium, diluculo consurgere ad Deum; de qua consuetudine est idoneus testis, et omni exceptione major, divino afflatus pagens odas suas David *Psal. lxxii. 1*: «Deus Deus meus, ad te de luce vigilo:» sciebat enim quietis solutionem et primum illud dei aspectum magni esse momenti ad felicem rerum omnium cursum, que deinde consequuntur, ut dixisse mihi belle et perite videatur Hesiodus, «auroram operis tertiam sortiri partem;» quasi plurimum jam in negotiis processisse putandus sit qui bene incepit. Debent igitur christiani omnes statim atque evigilant mentem attollere ad potentissimum rerum omnium Dominum adorandum, a quo nobis vita, spiritus, salus, omnia, et singulari demissione se suaque illius sanctissime et auguste voluntati subicere. Nihil enim est convenientius et rationi magis consentaneum, quam ut creatura in suum artificem, radius in solem, stilla in oceanum, effectus in causam feratur, et non prius lux solis aut lucerna oculos quam lumen pie devotionis mentem illustret. Illud adeo vi nature cognitum fuit, ut profani etiam auctores faciendum esse monuerint; unde est aureum præceptum Hesiodi in operibus, «venerandum est Numen.»

Ἴψὸν ἑὲ ἐνδοξῆ, καὶ ἕνα ἅγιον ἵερὸν ἔθνη: Et quando cubitum ieris, et quando sacra lux veneris;

quem temere profani quidem poete, sed vera rarsum divinitus canentis, velut consecrat in opere suo variegato Clemens Alexandrinus lib. II *Strom.*; fuit enim illa communis ethnicorum opinio, mane deos esse placabiles, et maxime in tribuendo benignos, et proinde adhibita mo-

dulatione illos veluti excitabant a somno et hinc esse quiete, ut prompte ad sua dona largienda et bene faciendum accurrerent: quam in rem solemnes excitationes haberunt, ut vesperie dormitiones sive auspicabiles salutationes; quibus eodem venerantur deos et propitios habere continebant. Meminit ejus moris Aristoteles lib. VII *Cont. Gent.*: «Quid sibi vult, inquit, excitationes ille quas cantis matutini, collatis ad tibiam vocibus? obdormiscunt enim superi remeare ut ad vigilias debeant. Quid dormitiones illas, quibus bene et valeant auspicabiles salutatione mandatis?» Sed in schola Christi nos monemur teum optimum maximum habere oculum, ut Isidorus Pelusiota lib. IV *Epist. 47*, nominat *ἀνάμνησις*, non *convivencia*, nunquam indormientem rebus nostris; neque opus adhibere illas veterum auspicabiles excitationes, cum ille preveniat omnes potius incredibili genere benevolentie, nosque exciet, ut in ejus sinum confugiamus. Animadvertunt enim S. Patres divini amoris magnitudinem in hominibus excitandis, quod statim ut elucet rationis vis in pueris domum quoddam mirandum imperit, quo ieta mens et voluntas ut a magnetis potentissimo in bonum rapiatur. Id donum S. Diadochus cap. *lxvii*, vocat *theologia chorisina et factum matutinam gratia Dei*; Ecclesiastici auctor cap. *xxiv. 44*, *artelucanum* illuminatum omnibus; magnus Apostolus *Rom. i. 19*, *notum Dei* in omnibus manifestum; regium Vates *Psal. iv. 7*, *lumen vultus Dei*. Hoc iudicium mihi facere quotidie videtur idem bonum omnium parens Deus, ut mane subito atque animus somno solutus est factum illum matutinum inspiret, et illi stulte ac seclerate prohibemus, dulciter illuminet, ad diu curriculum pie et christiane inchoandum. Id ipsum Baldad hic non obscure insinuat cum subdit:

SI MUNDUS ET RECTUS INCESSERIS, STATIM EVIGILABIT AD TE. — Ubi notandum, quod licet, ut paulo ante dicebamus, nihil a beata et felicissima mente sit alienum magis et remotum quam iners otium, quam languor, quam inutilis somni affectio (semper enim agit et molitur quidpiam illa Numinis benefica providentia omnium moderatrix et custos, quaque omnem universitatem cura et presidio suo complexa est); in arcanis tamen theologie symbolis divino Numini non sine mysterio sacrum quemdam somnum et ex eo evigilationem attribuit, de quibus pulchre S. Dionysius mystagogus sublimissimus epist. 9 ad *Catum*, ait, *θεῶν ὄνειρος ἐστὶ τὸ ἐπιφαινον τῷ θεῷ, καὶ ἀνοήτως ἀπὸ τῶν προσημασμένων ἑργῶν: οὗ δὲ τῶν εἰς τὸ πορεύειν διεῦρε τῶν ταπεινῶν ἢ σωτηρίας διειρημένων προσημασμένων, διὲντων quidem somnum esse id quod in Deo arcantem est, et incommunicabile rebus iis que providentia gubernantur; evigilationem vero esse ipsius providentia attentionem circa eos qui disciplina vel saluti indigent sunt. Somnum itaque Deo tribuit ut sibi ipsi vacat, se contempletur ipsum, seipso perfruitur:*

Deum nunquam dormit, sed ipse nos excitat ad pietatem, dummodo ad eum attendamus.

Quid mystico sit in Deo somnus et evigilatio.

sub hac quippe ratione concipitur a nobis se supra res universas attollens, seque intra se velut condens aut colligens quadam saporis similitudine. A^o evigilantem eidem adseribit, ut res creatas administrat, omnia perlustrans, omnia fortiter suaviterque disponens; quod sane discerni luculentur expressit David in hac verba *Psalm. XLIII, 24*: « Exsurge, quare obdormis, Domine? » etc.; postulabat nimirum opem et auxilium, rerumque suarum defensionem et promotionem, ad quam cupit Deum exurgere somno solvi, ac si obdormiret dum nos nobis derelinquit, dum, veluti sub duntaxat intentus, minime aliis famet. Sensus ergo Baldadi est, *q. d.* Ne cadas animo, mi Job, quod te Deus justus abjecerit, et tanquam dormiens te nihil curare videatur: respondit nempe tibi quod tuum est, pro crimine poenam; atamen bono animo esto, non enim tecum adeo acerbe ac cum liberis tuis agere decrevit; illos videlicet in aestu peccati corripuit, tibi vero, ut carnis, vite tempus indulset, si forte ad meliorem mentem revertaris. Agendum igitur culpam celeriter deprecare, et horis matutinis que precibus aptissima sunt, Dei clementiam implora, experimentoque discas Omnipotentem facile exorari, et velut ad opem tuam expurgis, reddereque tibi prostrato domum pace ac justitia prosperandam. Sane si Baldad hoc de culpe remissione, ac divina gratie amicitiae reparatione dixisset, non omnino aberrasset: catholicum enim assertum est *Zach. 1, 3*: « Convertimini ad me (scilicet per gratiam excitantem, qua homo prevenitur) et ego convertar ad vos. » At non debuit Baldad amissae prosperitatis temporalis restitutionem cum conversione ad Deum universe conciliare, atque huic illam infallibiliter attribucere: etsi enim ea instauratio interdum contingat, verumtamen neque semper neque tunc sane ex pacto, sed ex miseratione divina provenit. At Baldadi verborum sensum audiamus, Jobo, si respuerit, prospera cuncta pollicentis.

7. IN TANTUM, UT SI PRIORA TUA FUERINT PARVA, ET NOVISSIMA TUA MULTIPLICENTUR NIMIS, — q. d. Longe aliter tibi accidit, o Jobe, si offensum propter peccata tua Deum orando et penitendo placaveris, qui non tantum domus tue instaurabit ruinas, sed etiam omnibus cumulabit bonis multo quam antea luculentius, si illam pro communi scelorum diversorio justitiae domicilium et pietatis reddideris. Eodem modo Nathan ex oraculo correpturus Davidem, postquam Dei nomine beneficia amplissima ei collata recensuit, subjecit verba haec *Reg. III, 8*: « Et si parva sunt ista, adjuviam tibi multo majora. » Atque in hunc quoque modum Baldad Jobum adhortatur ut penitentiam agat, qua revertatur fortunatissimum: Deum quippe acco liberalem, et in eos qui ad ipsum confugiunt misericordem esse, ut nullum beneficentiae modum praefragat; speret proinde bona, non tantum qualia ipse amisit, certe ma-

8. INTERROGA ENIM SPERATIONEM PRISTINAM, ET VERBA DILIGENTER INVESTIGA PATRUM MEMORIAM. — Ex praxi et veterum traditione probat id quod dixit, omnia Jobo prospere eventura, si ad Deum toto corde convertatur illumque deprecetur. Recogita

xima; sed si ea parva videantur, multo ampliora, quae largitori tanto facile congruant. Haec sane Baldadi doctrina in aereo sermone divinae liberalitati mirifice consonat: David nimirum, S. Petrus et alii minime pauci, quos errati penitentium, auctiore post lapsum quam antea gratia divinitus cumulati sunt. Septuaginta vertunt, *τοτα τα ετα ετα σου διηρα, τα δε ετα ετα σου εδωκα, et erunt priora quidem tua parva, novissima vero tua inenarrabilia*: quae certe verba ultima sortis exuberantiam aperte demonstrant. Ceterum licet id aliquando etiam in hac vita quoad temporalia bona viris sanctis contingat, ut B. Jobo et Josepho, semper tamen eventurum non est viro bono sperandum; sed in futura vita rationes et spes suas repositas habere debet: nam hujus vite bona non debentur bonis viris, siquidem pro premio suorum officiorum non sunt eis a Deo proposita; sed ea tantum quae in futura aeterna vita speramus. Quae quidem toleranter crucem ferentes, et Christum nostrum imitantes, a Deo merebimur. Nec etiam hujus vite incommoda et detrimenta pro penis sunt a Deo sceleratis hominibus instituta, sed ea tormenta, quae in futuro saeculo eos manent.

Tropologicè docemur tam in bonis quam in malis parva minime parvi docere, ut quae successu temporis multiplicentur et augentur in immensum: in bonis profecto modica initia despicienda non sunt, quae paulatim in magnum abundantiam exerescunt, quod significat illa sententia Baldadi Jobum ad justitiam adhortantis: « In tantum, ut si priora tua fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis. » Deus, inquit, ubi justitiae opera mentem tuam placatam reddet, et modica virtutum semina ita multiplicabit, ut ex incipiente perfectus et ex paupere dives fias. Et scriptum est *Zach. IV, 10*: « Quis despexit dies parvos, » *q. d.* Nemo debet divitiarum tenuitatem aspernari, quia paucis bonis assertivis non sunt malorum initia contemnenda, quia ex initio mali ad malum progredimur, et ex modico malo ad magnum malum currimus, et ex illo ad cordis duritiam festinamus. Proverbum est non hominis, sed Dei *Ecclesi. XIX, 1*: « Qui spernit modica paulatim decedit: » nam, ut pulchre S. Gregorius lib. *X Moral. cap. IX*, « si curare parva negligimus, insensibiliter seducti auferent etiam majora perpetramus; » et alio loco *Pastor. 1*: « Qui peccata minima flere ac devitare negligit, a statu justitiae non quidem repente, sed paribus totus cadit. » Modica itaque tenenda sunt, ne post parum relicto illaque abeant, et nos pauperes vacuosque dimittant.

8. INTERROGA ENIM SPERATIONEM PRISTINAM, ET VERBA DILIGENTER INVESTIGA PATRUM MEMORIAM. — Ex praxi et veterum traditione probat id quod dixit, omnia Jobo prospere eventura, si ad Deum toto corde convertatur illumque deprecetur. Recogita

Novissimae per in hae vita propter parva bona hae bona temparalia instituta.

Descriptio Scripturae et traditionum.

Vers. 9. Vita hae vix ita longa.

quaso, inquit, et mente revolve generationes praecedentes, et per annos eorum, qui nos immediate praecesserunt, discurre; deinde ad illorum patres proavosque meditando conscende, et videbis Deum semper modo et ordine, nunquam suam agendi seriem formamque pervertendo, processisse: quae talis est, ut is qui ad eum convertitur, eumque deprecatur, auxilium suum impertiat; et si aliquando in ruinam corruerint eos sublevet et erigat, illisque ut plurimum majorem quam antea honorum omnium abundantiam largiatur. Similis omnino locus est in Deuteronomio cap. xxxii, 7: « Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas; interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; majores tuos, et dicent tibi: » doctrina nempe per manus piorum religiosorumque virorum ad nos traducta debet etiam haberi pro oraculo; ex quo fit ut Ecclesiae religiose traditiones, quas vocat, merito amplectatur, quas S. Dionysius, apostolorum coaetaneus et doctor gravissimus, pari cum Scripturis sacris honore ac veneratione dignas censet *Ecclesi. Hier. cap. 1*, cum ait: « Substantia enim hierarchiae nostrae sunt divinitus tradita oracula; maxime vero ista oracula dicimus veneranda, quae a sacris nostris initiatoribus, divino Spiritu afflatis, in Scripturis sacris literisque theologicis tradita nobis sunt; uti et illa quae ab iisdem viris sanctis subtiliori, non omnino disita ab ordine caelesti insinuatione, de mente in mentem mediante verbo, corporeo quidem illo, simul tamen immateriato, sine scriptione, institutorum nostri sacra quadam traductione sunt edocui. » Ubi discrete traditionem cum oraculis componit, dicitque illam magis ad angelorum locutionem accedere quam Scripturam: quia licet ore quidem corporis instrumento fiat, in quo ab angelica locutione deficit, qui sibi mutuo immediate conceptus suos patefaciunt; fit tamen verbum minus materiali quam Scriptura, qua solo verbo, ubi in scripturis et calamus et atramentum, materiae crassiores, adhibentur.

9. HESTERNI QUIPPE SUMUS, ET IGNORAMUS QUONIAM SICUT UMBRA DIES NOSTRI SUNT SUPER TERRAM, — id est, recens nati paucos dies vivimus, et ob eam rem non possumus per nos multam rerum scientiam comparare: fit enim scientia praesertim de officiis, experientia, ut docet Aristoteles lib. II *Metaph.*; requirit autem experientia longum rerum usum: quocirca debemus in majorum nostrorum doctrina versari, ut docti simus, et ut ex eorum hominum experientia scientia constet. Eodem argumento cum Baldado docet in principio *Aphor. Hippocrates* artem esse difficilem, *ετι ε βραχυ βραχυ, ε δε ετηρα μακρη, quoniam vita brevis, ars vero, longa* hinc narratur Theophrastus animam agens naturam acquiesce, quod corvis ac cervis aliisque nonnullis animalibus, quae ad pastum et ventrem prona fixit, tam diuturnam aetatem dederit, homini vero ad intelligendum

et agendum nato vitam dederit tam angustis limitibus circumscribit, ut non posset omnibus perfectis artibus et doctrina erudiri. « Hesterni quippe sumus » (inquit Baldad); id est nuper nati, novi et recentes, more scilicet Hebraeorum; sicut hodie praesens, ita heri nuper praeteritum, nudius tertius vero aliquandiu praeteritum tempus significat: sic ait Apostolus *Hebr. XII, 8*: « Jesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula, » pro eo quod est nunc, et antea, et semper: sicut ex profanis Terentius in *Eunuch. habet*:

O populares, equis me vivit hodie fortunatior!

et Cicero in *Orat. pro Cato sua*: « Hodieque Volturnani non modo cives, sed etiam optimi cives frumtur nobiscum hac civitate. » Heri vero et nudius tertius dum simul conjunguntur proverbialiter efficiunt hyperbolem, tempus nuper actum significantem, non solum in sacro codice pluribus locis, ut *Ecclesi. IV, 10*, II *Reg. V, 2* et alibi, sed etiam apud Graecos, Platonem et Plutarchum, *χθες καὶ παρῶν*. Unde cum tunc recentes simus, consequens est ut nulla ignoremus, exiguum scientiam et modicum rerum experientiam habentes: nam, ut postea Job dicit cap. XII, 12, « in antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. »

Porro sicut hesternus dies jam praeterite ac elapsae vite, sic umbra fugax futura adventitiousque denotat brevitate, ut ex alii Scripturae locis colligere facile est: ita postquam rex David orando dixerat I *Paral. XXIX, 45*: « Peregrini enim sumus coram te et advenae sicut omnes patres nostri; » statim addit iisdem quibus hic verbis: « Dies nostri quae umbra super terram, et nulla est mora: » juxta hebraicum textum, *nulla est expectatio*. Similiter postquam per futurum dixerat impij *Sap. II, 3*: « Nemo memoriam habebit operum nostrorum, » mox subjungunt: « Umbrae enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri: » notum satis est quam vana, fluxa et brevis sit umbra; talis humana vita significatur. Hinc Job *infr. cap. XIV, 2*, cum dixisset: « Homo brevis vivens tempore, » addit eum fugere sicut umbram, et nunquam in eodem statu permanere: ubi lege quae annotavimus. Eadem umbrae similitudine non raro etiam utitur Psalmista ad eandem vite nostrae brevitate fugacitatemque declarandam, cum ait *Psalm. CVIII, 23*: « Sicut umbra cum declinat ablatum sum: » quia cum nocturna seu vespertina umbra plus spatii occupat, cilius tamen dilabatur, et sunt propiores nihilo. Quo sensu etiam Hesiychius apud Agellium ait, *παρ' αὐτῶν; εἰσι τὰς τοῦ θεοῦ διαστάσεις, καὶ τοιαυτῶν κινήσεων, καὶ ἐπιπέδων ἡμεῶν, ad ipsum vite occasum perveni, et sum umbra jam in linatam atque ad finem properantem similis*: hoc a Davide jam citato vel a filio ejus Salomone videtur mutuatum, qui ait *Sap. II, 5*: « Umbrae enim transitus est tempus nostrum; » et *ibid. cap. V, 9*: « Transierunt omnia illa tanquam umbra. » Quae res refusa

Hodie heri et nudius tertius quia significatur in Scriptura.

Hesternus dies praeteritum, umbra tempus signum est.

Præsens vita umbrae comparatur.

et fugitiva, nec potest detineri, ut nec ventus, cui ob eandem rationem Job cap. vii, 7, vitam nostram comparavit: ubi vide quos annotavimus.

Quisquis itaque fugaci hinc vite nimum afficitur et adheret, quid aliud quam ventum stringit et umbram amplectitur, id est frustraneo et inani labore coasumitur? Vere pronuntiavit David

Memoriae et vapor.

Psalm. CXLIII, 5: « Homo vanitatis similis factus est: dies ejus sicut umbra praetererunt; » Theodotion vertit ἀρῆτι; Symmachus, ἀρῆτι δρασμῶν, id est, vaporis similis factus est: quo S. Jacobus alludere videtur cum ait Epist. iv, 14: « Quid est enim vita vestra? Vapor ad medicum parens: et deinde exterminabitur, q. d. Tu te forte aliquid magnam esse putabas atque diutarum, vapor es, inanissima et levisima res, et quidem admodicum parens. Quid instabilis eo quod nunquam stat, sed more fluminis rapidi non ad mare, sed ad interitum decurrit? quid inutilis eo, quod inanibus occupationibus distentum, sepius inane illo fruere pertransit? quid vilis eo, quod in modum vaporis dissipatur, et ad nictationem oculi nusquam comparat? Homo revera vanitatis similis factus est, et dies ejus sicut umbra praetererunt, ut sicut nihil vanitate inanius, nihil umbra instabilius est: ita humanam vitam et inane et instabilem et brevissimam esse discamus.

Proverbia humanae vitae instabilitatem declarant.

Hinc nata sunt proverbialia ista tam in sacris quam profanis auctoribus passim obvia: « Dies umbra, » et αἶψά ἐστι; vita umbra; ut αἶψά ἐδραπέυε; umbra homo: quinimo a Pindaro vocatur homo αἶψά; ἕνεα, umbrae somnium; et a Sophocle κατὰ αἶψά, fumi umbra; et ab Aeschilo ἀδρόν αἶψά, umbrae imago aut titulum: ad quae sine dubio allusit doctissimus Lipsius, dum epitaphium suum his versibus clausit:

Humana cuncta fumus, umbra, valetas,
Et scenae imago; et verbo ut absolvam, nihil.

Vers. 10.

10. ET IPSI DOCEBUNT TE: LOQUENTUR TIBI, ET DE CORDE SUO PROFERENT ELOQUIA. — Haec ad verbum octavum referuntur, ubi Baldad jusserat Jobum interrogare generationem pristinam, et diligenter investigare patrum memoriam, id est primum temporum annales et historias pervolvere, ut ex iis earum rerum, quas ignorabat, condisceret veritatem. « Historia enim, ut Tullius lib. II De Orat. ait, est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis; » neque enim aliter cum iis, qui aliquot nos saeculis praecesserunt, colloqui possumus quam per scriptorum monumenta, in quibus vel ipsorum res fortiter ac prudenter gesta nobis ad imitandum proponuntur; vel ipsimet docto calamo animi sui censura candida, sine ullo furore, de corde suo, cum littera non erubescat, ad tollus posteritatis institutionem exararunt. Ab initio enim semper fuerunt aliqui, quos Deus multis et magnis cum naturae tum gratiae donis atque ornamentis illuminavit, ut essent oracula orbis ter-

Historiam et librorum utilitates maxime.

rarum, prodidascali humani generis, fidei et morum praecipitores, qui divinas revelationes et utiles animi sui commentationes posteritati reliquerunt: sunt illi αἰσῆται jam hinc mundo et vite mortui, et ad praemia praeferenda evolaverunt, quorum gustum et suavitatem vivendo praeeperant; sed vivunt tamen in doctissimis suis monumentis, et nobiscum versantur, et erudiant omnes qui ad accrevses illas divinas animum adjuvant.

Ad istiusmodi itaque multos ac mortuos doctores, qui nudam, ut in se est, veritatem sincerissime simul ac candidissime omnibus patefaciant, Jobum hoc loco Baldad remittere videtur, ut ex eorum disciplina doctior simul et melior evaderet: « Et ipsi, inquit, docebunt te, loquentur tibi, et » non ex ore suo tantum, sed etiam « de corde suo proferent eloquia sapientiae: » cor enim, ut pote cognitionis et intelligentiae sedes, ea duntaxat profert quae animus praemeditatus fuit (praesertim quando ad utilitatem posteriorum scripto quidpiam mandat) os vero loquitur saepe temere, et a corde dissentit. Hinc Zenoni Clitico, quodam modo in vitam optimum posse evadere, responsum e cortina fuit, ἐκ τῆς καρτῆς ἐκείνης, si mortuus concolor foret; quod ille, ut erat alimenter praeditus, ad legenda veterum monumenta referat, quod sibi videretur cum illis fructuosissime suavisimaeque colloqui, et colorem inducere veluti quemdam mortuorum vite et morum imitatione. S. Augustinus in Psalm. cxi, scribens eodem refert Davidicum illud oraculum Psalm. cxi, 2: « Extendens eorum sicut pellam, » id est tanquam membranam, in qua Deus sui notitiam descripsit: ibi enim divinam Scripturam ait intelligi, quae extenditur ut pellis animantium mortuorum, quod post mortem prophetarum, et apostolorum et herorum aliorum, qui divino insinecti allati coelestia nobis documenta dederunt, extendatur in omnem posteritatem, atque ad nos dilatetur, plusque etiam pertineat, quam eorum hominum vox in vita patuerit.

Ex sacrorum sane librorum lectione mirabiles in omnem partem fructus existunt, qui plurimum uniuscujusque animum excitare et inflammare debent, ut serio in id studium incumbat, sine quo languet omnium mens et infatuatur. Praclare S. Augustinus, vel quisquis sub ejus nomine est auctor Quast. Novi et Vel. Test. quest. CXX: « Tale, inquit, est ingenium naturae nostrae, ut torpescat, si usus desiderit lectionis: quia sicut ferum, nisi in usu fuerit, aeruginem contrahit, ita et anima, nisi frequenter divinis exerceatur lectionibus; » hanc ob causam S. Diadochus lib. De Perfect. spirit. cap. LVIII, vult in primis Deo votari plurimum in S. Scripturarum lectione occupari; tum addit: « Neque commentationes virorum disertorum negligamus, quorum fides ex sermone diligenter. » Hujusmodi autem libros a divinis ho-

Libri sunt doctores, qui veritatem optime docent.

Quid sit mortuus concolor, supra dicitur.

Scriptura per calum intellectionem pellis extenditur.

Sine usum erit, hoc lignum animam.

ambrosio, medicamentum.

Sanctorum doctrine sunt in mensa dicitur.

Vers. 11

Syrii et Palaestini parabolam multum utuntur.

Scirpus quid; et carotum aquam amant.

Papyrus quid; ejusque usus multiplex.

minibus compositos Clemens Alexandrinus lib. I Strom. eleganter vocat ἄβυς φάρμακον, oblitivonis medicamentum, quod assidue hominum memoriam excuscebat ad divina. At S. Dionysius omnino magnifice cap. I De Div. Nom. θεωρητικὰ φάρμακον, doctrina humana nuncupat τὰς διδασκαλίας τῶν ἁγίων, doctrinas sanctorum: quod nimirum, ut S. Maximus ibid. exponit, lumen divinae cognitionis efficiant, eosque divinos reddant, qui proditae ab illis sapientie pariterint. Postquam ergo Baldad Jobum ad antiqua scriptorum monumenta investiganda stimulasset, assertum suum naturali exemplo fulcire nititur.

11. NUMQUID VIRERE POTEST SCIRPUS ABSQUE HUMORE? AUT CRESCERE CARECTUM SINE AQUA? — Notat S. Hieronymus in Math. cap. XVIII, familiare esse Syris, et maxime Palaestinis, ad omnem sermonem suum parabolis jungere; ut quod per simplex praecipit teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exempla teneat; Baldad itaque gentis suae morem servans, ad propositi sui probationem ex rebus corporeis desumptam introducit similitudinem, scirpi scilicet et carecti, quae ad sui conservationem copiosum exigunt humorem, et loca admodum aquosa et palustria requirunt; et per solam humoris et aquae subtractionem facillime, nulla alia interveniente causa, siccantur. Pro scirpo in hebraeo fonte est ἄβυς, quod Septuaginta παράβυς; vertunt: quae planta frequens est in Aegypto, et in sat magnam molem exrescit, et multiplicem usum habet, ita ut ejus quidem ligna navibus fabricandis apta sint, phylira vero scriptioni pro charta subserviant, flores denique ad Deos coronandos, Plinio teste, adhiberi soleant; qui lib. XIII Natur. Histor. cap. xi: « Papyrus, inquit, nascitur in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagata stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis oblique crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens; semine nullo, aut usu ejus alio quam floribus ad deos coronandos. Radicibus incola pro ligno utuntur; nec igitur tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum. Ex ipso quidem papyro navigia texunt; et a libro vela tegetesque, nec non vestem, etiam stragulam ac funes. Mandunt quoque crudum decoctumque succum tantum devorantes. Nascitur et in Syria ac in Euphrate circa Babylonem; » sic ille. Quod autem papyrus nascatur in palustribus Aegypti, vel in aquis Nili stagnantibus, etiam poetas notum est; quo spectat illud Ovidii, lib. XV Metam. »

Perque papyrifera septemfluvium Nili.

Eodemque alludit Lucanus lib. IV:

Cum teget omnia Nilus,
Conscitavit bibula Memphis cymba papyro.

Item Martialis lib. XIII:

Perdite Nilacae, Musae, mea danna papyros.

Sed haec sacratius Isaei oraculum andiamus, quod de fluminibus Aethiopiis meridionalem, quae prope Aegyptum est, alluentibus ita loquitur cap. XVIII, 1: « Vae terre cymbalo alorum, quae est trans flumina Aethiopiae: quae mittit in mare legatos et in vasis papyri super aquas: »

Istiusmodi ergo scirpo seu papyro Jobum, et Job per carecto, id est loco caricibus seu junceis consito, Jobi filios comparat; quorum ille quidem defectu humoris gratiae divinae, ut Baldad temere suspicabatur, virorem illum terrene felicitatis, quo non ita pridem floruerat, penitus amisit; illi vero aquae divinae benedictionis in medio prosperitatis cursu destituti ulterius crescere non valerint, sed subito domus ruina oppressi misere interierint. Est enim scirpus et carex symbolum humane fragilitatis, simul et felicitatis, quam utriusque viriditas adumbrat; humor autem, quo hujusmodi scirpus augetur et virescit, seu gratia divina, quae cum a Jobi filius, ut Baldad perperam argumentatur, abesset, statim aruerunt ac defecerunt: neque aliam causam esse putat, cur Jobus nunc proximus sit interitui, nisi quod ab eo Deus procul abesset, qui faculum edit sanctitatem, qualem in Jobo hactenus fuisse criminatur. Quomobrem ipsum hortatur, ut ad Deum vere atque ex animo convertatur, a quo solo ad pristinum statum reduci, et antiquum robur ac vigorem recuperare possit; quod si fecerit, et per veram poenitentiam ad Deum reversus fuerit, spondet omnino fore, ut, sicut supra vers. 8 et 6 indicavit, longe uberius quam ante divina benedictionis rore perfunderetur; et fiat « tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, » Psalm. 1, 3. Dummodo quippe divinis fluentis proximae assistat, quodcumque demum lignum fuerit, quantumvis aridum et siccum, in flores et in fructus aletur immortales; siquidem tota justae felicitatis ad adjunctis gratiae aquis oritur, quibus cum careat impius penitus exarescit, et tandem exciditur, et in ignem mittitur. Sed postquam quis exaruit, unde poterit sibi denuo acquirere viriditatem? sane ab adjunctis lacrymarum aquis, quibus homo reparatur ad vitam aeternam; et licet aridus omnino fuerit, poenitentiae lacrymis perfusus virorem gratiae recuperabit, et justitiae fructus uberrimos germinabit. Quod enim praestabat vitalis olim fons in paradiso voluptatis, hoc in terra peccati modo praestat aqua vere poenitentiae, quae vel aridissimos quoque truncos repullulare facit, et in arbores fructiferas commutat: ad illam elegantissime stylo adhortans Tertullianus lib. De Poenit.: « Itaque, inquit, occasionem inopinatae felicitatis, ut ille tu, nihil quondam penes Deum nisi stilla stilulae, et arca pulvis, et vasculum figuli, arbor exinde

Scirpus est symbolum humani felicitatis.

Aquis poenitentiae potest vis generari et fructuosa prodere.

fias illa, quae penes aquas scribitur, et in foliis pennat, et in tempore suo fructus agit, quae non ignem, non securum videbit. » Ecce tibi quam inopinata felicitas a squalore et contritione ponitientia nascatur : mediante enim illa, qui vel pulveris instar vel confracti vasculi jacebat, exsurgit in arborem, et ad alta tendens mirificos salutis fructus affert.

Vers. 12. 12. CUM ADHUC SIT IN FLORE, NEC CARPATUR MANU, ANTE OMNES HERBAS ARESCIT. — Pergit sub eadem scripsi et carecti parabola hominis impii, quem esse Jobum opinabatur. momentaneam felicitatem et celerrim interitum ob oculos ponere atque exaggerare, q. d. Quid mirum est scirpum absque humore non virere, aut carectam sine aqua non crescere, cum etiam adhuc in flore existens, antequam alicujus manu decerpatur, aut falce demetatur, ceteris herbis omnibus citius exarescat et marcescat? significans scilicet impios, quibus Jobum accensebat, tum etiam, cum vel maxime opibus florere videntur, suapte nuda repente sepe numero marcescere, et ante mortem bonis omnibus exutos praerupte penitus contabescere. Non assimili omnino sensu ac comparationis ratione David eandem ob causam impios foeno assimilavit dicens Psal. CXXVIII, 5: « Fiant sicut foenum tectorum, quod priusquam vellatur exaruit: » ubi bene notat S. Chrysostomus in *Catena* (quam in *Psalms Graeco-latina* edidimus) non frustra addi *tectorum*: Quamquam enim, inquit, illud ipsum etiam quod in terra pingui nascitur celerriter diffluit; maxime tamen id quod in tectis oritur, quia radicis robore caret a semetipso marcescit, cum ob suam imbecillitatem minime pertingat ad perfectionem. Aptissime sane Propheta sacer cum ex natura foeni tum ex constitutione loci impiorum hominum vilitatem fragilitatemque declarat: talis nempe est prosperitas eorum qui vivunt in scelere et rerum secularium juvenilitate: quam obrem alibi, cum tales minime emulandos ac zelandos monuit, rationem illico subjungit Psal. XXXVI, 2: « Quoniam tanquam foenum velociter aresecit, et sicut olera herbarum cito decidunt; » S. Hieronymus vertit, sicut herba velociter conteruntur, in Hebraeo enim est vox חשיר chsair (quae etiam hoc versu habetur) et significat *gramen longum*, quod sit pabulum bestis, aut igni; et generaliter herbam sponte provenientem, quae dicitur חשבב hshsb, pro quo Septuaginta sepe vertunt χηβηβ, *foenum*, licet aliquando etiam a foeno distinguantur, ut in alio psalmo, ubi de terra dicitur, Psal. CIII, 4, quod sit « produces foenum pascunt et herbam servituti hominum. » Ubi Septuaginta vertunt χηβηβ xai χηβηβ, quod in Hebraeo est חשיר chsair et חשבב hshsb. Eadem similitudo in hoc sensu frequens est in Scripturis, ut in illo Psal. LXXXII, 6: « Mane sicut herba transeat, vespere decadat, induret et areseat: » quem nimirum in hoc puncto prudens Poeta in *Comed.* describit his verbis: « Quasi solsti-

Gloria impiorum ut foenum exarescit.

tialis herba paulisper fui, repente exortus sum, repente occidi: » quale item colchicum est ephemeron, quod matutino cum lucifero nascitur, cum meridiano sole viget, cum hespero lucente arescit. Vide plura de his *infr.* cap. XIV, 1 annotata. Sic etiam dicitur IV Reg. XIX, 26: « Facti sunt velut foenum agri, » etc.; et alibi sepius eadem similitudine humane affectus imbecillitas declaratur, uti et hoc loco momentanea felicitas improborum. Celerrim ipsam modo parabolae applicationem ex ipsomet Baldado audiamus.

13. SIC VIE OMNIUM QUI OBLIVISCUNTUR DEUM, ET SPES HYPOCRITAE PERIBIT. — Septuaginta vertunt, τὸς ἀπολείπει τὴν ψυχὴν τὴν ἡμέραν τὴν ἐπιθυμῶν τὸν Κύριον, sic igitur erunt necessima eorum qui obliviscuntur Deum, id est, talis sors manet illi omnes, quos Dei preceptorumque ejus oblitio cepit: nam licet illis in presentiarum blandiori vultu fortuna rideat, et ad tempus florere videantur adstantia scripsi aut caricis in virore suo existens; attamen ante alios aresecit, et perent, Deo tarditatem penae ipsorum gravitate compensante. Nominatim autem taxat eos qui obliviscuntur Deum, id est pessimo ingratitude vicio laborant, quod divina largitatis ac beneficentiae fons (quantum quidem est ex parte Dei in nos aliquem iugiter manantem) penitus obstruit, et quodammodo exsiccat; unde tales cum nullum amplius celestis gratiae influxum percipiunt, cito marcescant et exarescant necesse est: nam ut pulchre S. Bernardus lib. *De Cont. mundi* ait: « Ingratitudo est ventus urens, siccat fontes pietatis et fluentia gratiae. » Deterrimus autem ingratitude gradus, teste Seneca, est *oblitio*: nam « ingratus est, inquit, qui beneficium accepisse se negat quod accepit; ingratus item qui non reddit; ingratus est, inquit, qui oblitus est: » ejus rei causam hanc attulit gravis Auctor lib. III *De Ben.* cap. 1: « Quia nunquam fieri gratos potest, qui totum beneficium elapsum est; » unde nemo gratiarum immemor est unquam gratus inventus. Hoc certe naturae lumine cognitum est, in eoque gentes omnes consentiunt, homine ingrato atque immemori alienae beneficentiae nihil esse odiosius, nihil detestabilius, adeo ut comicus quidam non inepte dixerit: « Ingrato homine nihil pejus terra creat. » Sic Apostolus II *Timoth.* II, cum saeculi freem et collusionem describeret, atque homines scelere perditos et irreligiosos velut in classes diversaque genera disperteret, nominatim inter alios ἀχρηστους, *ingratos*, beneficiorum immemores; unde inter multa crimina, quorum in idololatriam causa rejicitur, a Sapiente numeratur Sap. XIV, 26 « Dei immemoratio, » vel, ut in Graeco est, ἀχρηστία ἀμνηστία, *gratia immemoratio*: Dei quippe dona illustrissima nulla unquam debent oblivione deleri, nulla ingratitude significacione extenuari. Quia vere dignus est beneficium amittere qui non agnoscit, et ingratus existens oculos et affectum in caelum non tollit, et

Vers. 13. Qui oblitio viciem Deum et lo arecitat.

Ingratitudo sicut fontem gratia.

Oblitio est summa gradus ingratitude.

Hypocrita scripsi et carecto simul.

Diogenes Cynicus vana gloriae mancipium.

Quid sit hypocritas.

Nullum mese yrtium.

Hypocrite equo pallido assimilatur.

Deum in se beneficentissimum munerum largitorum extollere et praedicare non curat: certe « si gratiam homini non referre simile homicidio est, quantum crimen est, Deo non referre? » inquit Ambrosius.

ET SPES HYPOCRITAE PERIBIT: — quia nimirum frustrabitur eo quod speraverat, et excidet spes sua; atque haec est totius de scripo et carecto parabolae applicatio, nam, ut bene S. Gregorius lib. VIII *Moral.* cap. XXIV notat, « scripi vel carecti nomine hypocrite vitam signat, quae speciem quidem viriditatis habet, ad humanos usus fructum utilitatis non habet; quae sterilitate operis arida permanens solo sanctitatis colore viridescit, » etc. Sicut ergo scripus sine humore non viret, nec pulchram illam viriditatis speciem ostentat, nisi aquis irriguus sit: sic et hypocrite, si non adsint spectulorum oculi, quorum laudem exoptant, ab operibus bonis cessant, et illam, qua praestare solebant, viriditatem depouunt. In ejus rei confirmationem id possumus observare quod Ludovicus Vives, Scholasticus S. Augustini, in lib. XXI *De Civit. Dei* cap. XVI, de Diogene Cynico refert: ille ceterorum more philosophorum, qui solam hominum laudem intendebant, ut S. Augustinus *ibid.* docet, multa sane horrenda faciebat, ut omnium oculos ad se suscipiendum mirandumque converteret: idcirco cum media hieme in gelidissima se lavaret aqua, et frequens populus id spectans misertus hortaretur, ut sibi parceret, Plato, qui simili infirmitate laborabat, et ex seipso quid Diogenes intenderet noverat, exclamavit: Si vultis ejus misereri discedite: cessantibus enim oculis spectatoribus cessabit ejus opus; quod tantum durabit quamdiu permanentes oculos spectantes se viderit: hypocrite enim opera sua perdidisse se putat, si a nemine conspiciatur. Hoc nempe proprium est hypocritarum, ut sit genus quoddam simulationis et vitium, quo quis fictis et adscitis operibus callido artificio usurpatis, ad sanctimoniam in hominum luce oculisque ponendam, famam sibi et nominis existimationem aucupatur: non enim sanctus esse appetit, sed videri, et vocari; vult scire divina eloquia, nec tamen facere; vult recte loqui, non tamen vivere.

Est plane stultum vitii genus, index puerilis animi et minuti, utro in eademque et crucem incurere, difficilia opera suscipere, gravia pati, ut falsi honoris umbra fruatur, nullo alio fructu, nisi ut homines te irrideant, Deus vivum mortuumque exerceat. Hinc hypocrite in Apocalypsi D. Joannis cap. VI, symbolice describuntur equi pallidi effigie, in quo mors inequitat, ut voluit Hugo Cardinalis, Richardus a S. Victore, aliique: pallidumque volunt dictum, horridiorem, exhaustum, debilitatum, non letum et nitentem, ob labores quos sustinent in simulanda sanctorum: nam seduli aedes sacras et domicilia pietatis circumant, carnis macerationem adhibent,

jejunio exterminant facies suas, et alia faciunt, quae evangelii scriptores enumerant dum agunt de scribis et pharisaeis, quorum vita specimen fuit hujus impie et infandae simulationis. Apud D. Paulum, I *Timoth.* IV, 2, dicitur in hypocritis loquentes mendacium et cauteriatam habere conscientiam, videlicet afflictam et igneo ardore vexatam, qui patientissime notas a demone impressas doloresque magnos pro nihilo ferant, et fetore ardore puteant. Ita pharisaei, cum pietatem fingerent, everterent innocentiam, Dei sapientiam illuderent, in ima ora vestis lalarisque togae spinas abhibebant non sine cruciatu corporis acerboque sensu, ut aculeis iceli cum ingrederentur, visque ab hominibus, patientis animi laudem colligerent. Quae stultitia est atque impie mentis error, suslinere gravia nullo lucro, nisi ut ponam foeneris; religionem adhibere ad concucandam religionem; virtute abuti in ipsius virtutis opprobrium; adhibere divinum cultum in contumeliam sanctissimi Numinis; artificie malitiae bonum velle videri? Illud impium illam veccordiam Patres et miserantur, et auctoratos illos demoni et vanitati cum Simone Cyrenaeo depouunt, qui fumo angariai sint ad crucem ferendum, ad laboriose vite genus inutiliter exorbendum. S. Petrus cognomento Chrysologus *Serm.* 7, vocat *pestilentiam*, a qua remediis creat morbos, conficit de medicina languorem, sanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum, generat de propitacione discrimen: » ubi etiam eleganter hypocritam nominat « virtutum ficum, lineam sanctitatis, quae creduli arte virtutes truncat mucrone virtutum, jejunium jejunio perimittit orationem orationem evacuat, » etc. Quomodo autem tanta spes hypocrite pereat ostendit Baldad cum subdit:

14. NON EI PLACEBIT VECCORDIA SUA, ET SICUT TELA ARANEARUM FIDUCIA EJUS. — Veccoris plane est, inquit Sanctus noster, et stuporis intolerabilis ille, qui placere se Deo putat specie tantum externa atque f. cata sanctitatis, quasi Deus illi posset et capi falsa rerum imagine. Qui autem in ejusmodi sanctitate sibi placet, nititurque quasi aliquo fundamento solidi, similis est illi qui vestigia sua aut domum in tenui ac fragili araneorum tela fundare velit, aut illa tela suam indure nuditatem: qua in re et sum ostenderit stuporem ac veccordiam, et aliis se irridendum praebet. Araneorum tela proverbialis forma apud Hebraeos sumitur pro re vilissima, quaeque facile dissipari potest; cum tamen magno araneorum labore ex earum visceribus elaborata sit. Sepe hoc proverbium in Scriptura legitur: illius sensum explicat Isaias cap. LIX, 5, qui cum dixisset de impiis: « Telae aranea tueruntur, » mox addidit: « Telo eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia. »

David quoque in omnem partem oculos, qui

Hypocrite maribus huiusmodi.

Hypocrite lucro se affligunt.

Hypocrite positus est tinea sanctitatis.

Vers. 14. Hypocrite stupor et veccordia.

Araneorum tela pro re facile dissipari potest.

clarissimo in lumine et naturae gratiae cursum intuebatur, cum vellet vitae humane imbecillitatem ante oculos subijcere, hanc imaginem excogitavit: pingit enim vitem araneam inutili se labore cruciantem et penitus eviscerantem, tum similem esse hominem pronuntiat *Psalm. LXXXIX, 10*: «Anni nostri sicut aranea meditabuntur,» vel, ut legunt Septuaginta, *ἡμετέρας, meditati sunt*; quem locum illustrat in hunc modum Scholiastes: Haec, inquit, vita nostra omnis est imbecilla sicut tela araneorum: subdit hic vocari meditationem *συναρτάματα, assiduum afflictationem* et miseriam; et S. Hieronymus epist. ad Cyprianum. araneae meditationem ait dici *ὑψηλότητα operis illius*. Quid igitur sunt anni nostri? quid vita, quam hic degimus, in qua prudentia consilioque nostro gestimus, et magnifice glorioseque extollimus, in qua nos posse humana omnia moderari ad reliquorum omnium admirationem confidimus? Nihil aliud nisi araneae meditatio *ὑψηλότητα*, laboriosa quadam mentis exercitatio, frivolum opus atque inutile, et difficile nugarum plenissimum, in quo dies et noctes ordiendo et tendendo casso labore mens consumitur. Hinc tenduntur cogitationum fila tenuia, et in orbem atque in gyrum aegri capitis consilia neuntur, animi proposita finguntur, illa rumpuntur, cor exsiccum et exenteratum languescit; muscae captantur, jamque spe et expectatione devorantur, cum modicus venti adversi flatus inanem illam paraturam, subilium textum cogitationum, vana molimina, perennium vigiliarum meandros, sollicitudinum plexus, illam denique araneae meditationem, ut pompam quandam imbecillitatis humanae, subito frangit et evertit.

Consideranda hic cum D. Gregorio multa circa araneorum telas, ex quibus domunculas sibi faciunt, quae cum moribus hypocritarum apprime consentiant: primum, nullum esse opus subilium, nec majori ordine compositum inter animalium opera ceterorum, quam telam araneam, quam saepe admirantes conspiciunt. Deinde, nullum esse animal, quod ita laboret in opere suo sicut aranea: caetera enim animalia conficiunt opera ex his quae illis extrinseca sunt, v. g. ex paleis luto coagulatis hirundo aliaeque aves nidum exstruunt; aranea vero ex intimis praecordii, ex ipsismet suis visceribus fila trahit, quibus telam ordiatur: deinde caetera animalia domunculas aut nidos, aut foveas sibi sub brevi spatio conficiunt; aranea autem hinc inde texens procedit, egreditur et regreditur, et saepe ab uno loco in alium longe distantem opus extendit. Denique, nullum esse opus, quod facilius dissipetur et pereat: nec enim requiruntur mallei ferrei, aut securae, aut bombardarum ictus, aut lancearum vibrationes; sufficit levis aer ad telam penitus dissipandam, ut ultra non solum ipsa tota, sed nec ejus pars aut filum appareat. Tandem totum opus tanto labore confectum, ordi-

Vita humana sicut imbecillitas araneorum.

Quae in araneorum opere consideranda sunt maxime.

natum tantummodo est ad muscas et ciniphes capiendos, quibus aranea sustentatur: talis quippe pastus tali animali dignus.

Istiusmodi prorsus sunt hypocritarum opera, telis araneorum simillima: primo videntur eorum opera esse ordinatissima, magna discretione perfecta, hoc enim tanto magis procurant, quanto sollicitius contendunt, ne aliquis defectus in eorum operibus et in eorum actionibus deprehendatur. Secundo, summo cum labore talia opera faciunt: «Mira abstinentia se affligunt (inquit D. Gregorius lib. VIII *Moral.* cap. xxx) omne robur corporis atterunt, et quasi carnis vitam in carne viventes extinguunt; sique pro abstinentiam morti appropriant, ut pene quotidie morientes vivant, Veritate attestante, quae ait *Math. vi, 16*: *Extremum facies suas, ut appareant hominibus jejunantes*. Nam ora pallescent, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpebatibus spiribus uretur,» etc. Tertio, tam facile opus eorum dissolvitur, et tela, quam orsi fuerunt, consumitur, ut levi flatu venti dissipetur et pereat: quia quidquid hypocrita cum labore pergit inquit, *ibid.* S. Gregorius, aura humani favoris tollit; et in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor evanescit. » Tanti-vi si inquires, quid miser grandi suo labore intendat; invenies ejus spem similem esse araneae, quae nihil aliud nisi muscas et ciniphes resonantes capere constituit, humanam scilicet laudem, transitoriamque, momentaneam ac inanem gloriam, qua pascitur, quam aucupatur, similis Ephraim, de quo Propheta dicit *Ose. xii, 4*: «Ephraim pascit ventum.»

Merito igitur fiduciam hypocrite cum araneole textu comparat, qui levissima rei tactu et ventulo exiguo frangitur: vere «sicut tela araneorum fiducia ejus,» g. d. Qui in se confidit, infirmissima re nititur, quae sustentare non possit; ruet igitur, et illudetur: Septuaginta vertunt, *ἡσυχία δι' ἑσθίας ἀποβήσεται ἡ οὐρα, aranea autem evadet ejus taleriaculum*; S. Augustinus transulit, *araneis implebitur tabernaculum ejus*, id est, interibit ipse cum posteris suis, ita ut non supersit qui habitet in tabernaculo ejus, et vacuam domum araneae occupent: quo fere sensu etiam *Osee* ait cap. vii, 6: «Quoniam in araneorum telas erit vitulus Samariae,» id est, non coelestem ipsius pro Deo, sed ut vile quid et abjectum sordibus, et cassibus araneorum implebitur; vel potius in nihilum redigetur, sicut solent telae araneorum in fila resoluta diffiliari et dissipari. Est quippe aranea ejusque tela symbolum fragilitatis ac tabitudinis, ut S. Augustinus in *Psalm. xxxviii* annotavit dicens: «Quid tabidus aranea? animal ipsum dico. Quanquam et ipsis telis araneorum quid tabidus? Attende et ipsam animal, quam tabidum est: pone supra leviter digitum, ruina est: nihil omnino tabidus.» Unde David ait *Psalm. xxxviii, 12*: «Tabescere fecisti sicut araneam

In quibus opera hypocritarum araneorum telis similia sint.

Aranea symbolum tabitudinis et fragilitatis.

animam ejus,» pro quo Symmachus vertit, *καὶ δαδῆται; ὁ; εὐπρόσθε τὸ ἐπιθυμῶν δαδῆται, et dissolvit tantquam cariem desiderabile illius*; S. Hieronymus, *et posuisti quasi tineam desiderabilem illius*: sicut enim aranea facile perit, et linea, si obijciatur soli, diffiluit et interit abiens in auras: ita hominis hypocrite desiderium et spes, vita, status, conditio fugacissima sunt, et corruptelae maxime obnoxia.

15. INMITTUR SUPER DOMUM SUAM, ET NON STATIBIT: FULGUR EAM, ET NON CONSERGET. — Explicatur vis et usus proverbii paulo ante allati, quare hypocrita dicatur araneorum telas operatus: quia scilicet non plus habebit firmamenti in domo, quam magnis edificavit impensis, quam si telas e suis visceribus araneorum in morem texuisset; unde liquet, quomodo sit stultum re adeo fragili nitivelle, quae levissimo fortune tactu flatuve dejicitur. Liqueat etiam vanos esse conatus impii sagitantis rem inconstantissimam stabilire, cum nequeat illa diu consistere: nihil enim firmum, nihil fixum et stabile est, quod Dei sit praesidio desitutum. Atque adeo eadem suam Deus, quam sibi in Hierusalem edificari imperaverat, in qua ob eam rem Judaei, cum essent scelerati, spem maximam subsidii posuerant, ut vanam hujusmodi spem et fallaciam ostenderet, everti voluit, sicut feci Silo, et projecit vos a facie mea. » *S. Septuaginta* hunc versum reddunt hoc modo, *ἡ καταστροφὴ τῶν οὐρανῶν, ὅτι πρὸς ἐπιθυμῶντες δι' ἑσθίας, ὅτι πρὸς ἐπιθυμῶντες, si suffulcerit domum suam, non stabit; et cum caserit, non permanebit*; ubi conatus impii domum firmam perpetuamque molientis, et contrario vero ira Dei demolientis evertentis, quae notatur; hinc ampla divitum iniquorum palatia vel crepta non perferuntur, vel absoluta brevi corrunt. Ostendit autem quomodo sit stultum et futile hypocritarum opus, quod et nullum apud Deum pondus habebit, et quod stolido homini hypericis imponit, omnis non solum inutile, sed etiam intolerabile est: est enim durum simulare diu quod non est alieno furo, aut quod est perpetuo quodam artificio et immenso labore dissimulare. Haec sane doctrina balladi, si bene adaptetur, deriveturque in eos, qui abjecta Dei cura res caducas diligentissime conquirunt, ad mores corrigendos prodesse poterit, quidquid ille cogitaret, dum eam promerit: multa quippe amicorum Jobi pronuntiata et vera et gravia sunt, tametsi Jobo, qui eis minime indigebat, obtrudi non debuerint. Pergit autem Baldad sententiam poetice excurrentem perlexere cum subdit:

16 et 17. HUMECTUS VIDETUR ANTEQUAM VENIAT SOL, ET IN ORTU SUO GERMIN EJUS EGREDIETUR. SUPER ACERVUM PETRARUM RADICES EJUS DENSABUNTUR, ET INTER

Vers. 15. Bonus et opus impiorum fulcietur.

Nihil stabile absque praesidio Dei.

Opus hypocritarum fragile et stultum.

LAPIDES COMMORABITUR. — Hic locus difficultis est et obscurus, quem variae interpretum lectiones et auctorum expositiones, quas Sanctius et Pineda recensent, difficiliorum reddunt. Sed non errabimus, sequentes mentem S. Patrum tam Graecorum quam Latinorum, signanter Philippi diaconi, B. Gregorii, D. Thome et Bedae, qui existimant Baldadam his verbis persistere in ea quam ceperat metaphora scirpi, explicaturum hypocrite mores et sortem: quam, quantum existimo, ita ad vivum exprimere conatus fuit, ut incipiens describere hypocritam a scirpo, deinceps de ipso hypocrita solummodo loquatur; et quae hic dicit non scirpo, sed hypocrite tantum conveniant. *Solis* nomine, inquit S. Gregorius lib. VIII *Moral.* cap. xxxiii, Christus exprimitur: licet adveniat tanquam sol, et oriatur clarus in diei iudicii, I Cor. iv, 5: «Quando illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium,» de quo ad litteram per Malachiam dicit *Deus cap. iv, 3*: «Ecce dies veniet succensa quasi caminus (idem iudicii indicat) et oriatur vobis timibitibus nomen meum sol justitiae:» Apte, inquit S. Hieronymus in *Malach.* cap. iv, dicitur, quod oriatur ut sol, quia omnia patefaciet, et manifestissima reddet: Sol, inquit *ibid.* Ribera noster, quasi restitit rebus suam colorem, quem nox abstulisse visa fuit, juxta illud Poetae lib. VI *Aeneid.*:

Et rebus nox ab tulit alta colorum.

Quod imitatus Prudentius dixit:

Rebusque jam color dixit Vultu nitentis sideris.

Orietur propterea Christus sicut sol, quia unusquisque sub claritate illius splendore verum ac genuinum vultum suum referet; unde, quod noster legit I *Timoth.* iv, 8: «Iis qui diligunt adventum ejus;» S. Augustinus saepe legit, *qui diligunt manifestationem ejus*, quasi adventus ejus futura sit illius manifestatio, et tanquam quidam solis ortus, qui se splendentem et omnia illuminantem exhibebit. «Antequam hic sol veniat, inquit S. Gregorius, humectus videtur scirpus, quia priusquam divina districtio in iudicio candeat, omnis hypocriti infusum so sanctitatis gratia ostentat; quasi virens aspicietur, quasi iustus estimabitur; honoris locum obveniet, gloria sanctitatis pollet, a cunctis ei veneratio deferetur, opinione laudis extenditur. Ante solis adventum germen suum scirpus ostentat, quod pulchre apparet.» etc.

Et si quaeras quid hypocriti pro hujusmodi opera intendat: «Super acervum, inquit, petrarum radices ejus densabuntur, et inter lapides commorabitur;» Septuaginta vertunt, *ἐπὶ σαρκαρίων ἕθων καταρῆται, in congregatione lapidum dormit, aut quiescit*; Scholion habet, *ἐπὶ βουνῶν ἕθων ἄνω, super collem radices ejus; quae verba sunt ex eo difficultia, quod scirpo non videantur convenire, qui non radices super petras mittit, nec*

Hypocrite mores per metaforam scirpi explicantur.

Christus hic ut sol imitatur.

Scirpus ante solis ortum, et hypocrita ante iudicium viget.

inter lapides oritur, sed ad aquarum decursus, et in locis humentibus, non in collibus nascitur, sed in convallibus. omnem tamen densitatem aufert, quod diximus Baldadum, qui in scripo hypocritam primo describendum assumpserat, nunc relicto scripo, ea quae ipsi tantum hypocritae conveniunt elegantissime exprimit. « Quid radicem nomine, inquit *ibid.* S. Gregorius cap. xxxv, nisi latentes cogitationes et intentiones accipimus? quae in oculo prodeunt, sed in ostensione operum per apertum insurgunt. Sicut et de verbi semine per Prophetam dicitur *Isai. xxxvii, 31*: Hoc quod salvatum fuerit de domo Juda, et quod reliquum est, mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum: radicem quippe deorsum mittere, est cogitationem bonam in abditis multiplicare; fructum vero sursum facere, est per efficaciam operis recta quae cogitavit ostendere. Lapidum vero nomine in S. Scriptura homines designantur, sicut S. Ecclesiae per Isaiam dicitur cap. liv, 12: *Ponam jaspidem propugnacula tua et portas tuas lapides sculptos.* Quid namque lapidum nomine intelligi vellet explicuit subdens; universos filios tuos doctos a Domino; et sicut admonente Petro dicitur *I. Epist. ii, 5*: *Et vos tanquam lapides vivi superaedificamini domus spiritualis*: hoc itaque loco quia lapides dicti sunt, sed tamen vivi minime dicuntur, nuda appellatione lapidum permixti possunt reprobi et electi figurari.

Scripsit itaque iste, qui inter lapides commoratur, super acervum petrarum radices densat, quia hypocrita omnes suas cogitationes in exquirenda hominum admiratione multiplicat: per omne enim quod hypocrite faciunt, quia occultis cogitationibus laudes hominum requirunt, quasi radices scripi in acervum petrarum mittunt; unde et factis suis perpetuo arbitros requirunt, ibique mentis suae intentionem avidius reponunt, ubi majorem hominum acervum et congeriem vident; de quibus Dominus *Math. vi, 16*: « Exterminant facies, ut appareant hominibus jejunantes, » etc.: ex his intelliges istorum stoliditatem, qui petras inquirunt, ut super eas mittant radices. Quem humorem putas extrahere posse herbas, quae super acervum lapidum suas radices miserint? parvum certe et exiguum, quamobrem et semen, quod *Luc. viii, 6*, « cecidit super petras, natum statim aruit: quoniam non habebat humorem. » Sunt alique homines lapidibus ipsis duriores, ex quibus aquam abundantem trahere opus est divinae virtutis, per quam eduxit aquam de petra. Optime istorum hominum duritiam Philosophus ille intellexit, qui ut asnesaceret non commoveri, nec irasci contra homines petita negantes, primo ad petras accedebat, petens supplex ab eis quod ab hominibus postulare intendebat: sepe enim idem est ab hominibus atque a durissimis petris aliquid prestolari aut expectare. Qui omnes mentis suae cogitationes ac intentionis suae radices super petras col-

Cogitationes sunt radices operum.

Hypocritae tantum laudes humanas spectant, et in acervis petrarum radices mittunt.

Quidam homines lapidibus duriores.

loeat, quem credis extracturum humorem? exilem sane et exiguum, ad minimum caloris aestum, aut ad levem stantis venti auram exsicccandum et consumendum. Alium profecto nobis locum designat Christus, in quo radices mittamus, ipsum scilicet Patrem caelestem, qui est pelagus infinite substantiae, ex quo omnia bona permanant; in quem qui radices miserit « non erit sollicitus in tempore siccitatis, neque cum venerit aestus, » ut dicitur *Jeremias cap. xvii, 8*: in Deo item iustorum radices fixas exponebat Spiritus Sanctus de illis dicens *Sap. v, 17*: « Cogitatio eorum apud Altissimum. »

18 et 19. Si arbor fuerit eum de loco suo, negabit eum, et dicit: Non novi te. Hec est enim *Levit. xix, 17*. Titia vlt ejus, ut rursus de terra alii germinetur. — Quod si, inquit, Deus iratus (uti solet) injecta indignationis flamma impium absorserit, et avulserit a domicilio suo, ubi arboris more radices defixerat, ipsemque locum, aut domus ab aliis, puta creditoribus, occupata quasi facta loquetur alienis: Nescio qui sis. Haec scilicet est prosperitas vitae viri impii, qui ut arbor noxia stirpitus evellitur, ut alii tanquam fructuosa plantae nascentur, et prosperentur. Ita sane convicta exempla pleraque antiqua et recentia, quae timorem incutiunt: quis enim non animadvertat homines impios honoribus et opibus affluentes in extremam calamitatem saepe numerum conjectos, qui ad januas domorum amplissimarum, in quibus florerant, pene sibi perant corrogantes multiplices referunt repulsas; quasi loci ipse per prosopopeiam diceret: Non novi vos? Sic interdicit prosperitas peccatorum, quae per agri laetitia hoc loco eleganter designatur, et alii pro eis locupletantur, sicut scriptum est *Eccli. x, 17*: « Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis. » Exemplo sunt Lucifer cum angelis apostaticis, quos detraxit e thronis caelestibus, in quibus eorum loco apostolos aliosque viros humiles ac miles collocavit; sic super *Lo Baltassare* et monarchia Assyriorum dejecto surrogavit Darium et Cyrum, qui milites facere erga Israelitas. De hypocrita autem hunc locum confirmat superioribus recte sic exposuerit, *q. d.* Cum Deus eum e vivis subtraxerit, nequaquam pro suo servo agnosceret, sed dicit id quod fatuus virginibus dixit *Math. xxv, 12*: « Amen dico vobis: Nescio vos, » quia opera, licet ex genere bona, accepta non habet; quae praepostera intentio captanda laudis humanae a sua bonitate deiecit. Est ergo vanus honor ex sancta conversatione questus, qui nos caelestibus premiis evacuat, et thesaurum illum, quem in aeterna patria speramus, pro inani favore et momentaneo commutat. Huc usque Baldad argumentum ab exemplis majorum et a naturali similitudine contextit, ut Jobum ad poenitentiam promoveret; modo vero ex his, quae graviter, et opinione quidem sua, pie premisit atque amplificavit, deducit id quod in principio posuit,

Radice cogitata sum in Deo Patre mensura.

Vers. 18 et 19.

Impi i Deo ex terminantur.

Hypocritae a Deo alienantur.

scilicet, Deum non pervertere iudicium insonites plectendo, foreque propitium, si Jobus supplices ad eum preces emiserit.

20. DEUS NON PROJICIET SIMPLICEM, NEC PORRIGET MANUM MALIGNIS. — Concludit totius statum controversiae, et ex parte Dei discrimen statuit inter hominem malignum seu hypocritam, et eum qui simplici est ac sincero pectore; siquidem hunc Deus ut sibi similem diligit, et amice suscipit; illum vero tanquam inimicum a se rejicit ac detestatur, juxta illud *Prov. xxxv, 32*: « Abominatio Domini est omnis illusor: et cum simplicibus sermocinatio ejus; » atque ex his non obscure videri potest quantum sit malum et fugiendum simulatio et hypocrisis (quam superius capite quinto ad versum 18 omni juri tum divino tum humano repugnare ostendimus) quantumque bonum et omnibus amplectendum sit simplicitas et candidi pectoris innocentia, quae Deo nos familiares reddit et participes munerum divinissimorum. Unde S. Dionysius Areopagita, quo nemo post apostolos sublimius atque magnificentius de Numine disseruit *De Div. Nom. cap. i § 3*, ponit simplicitatem: « Deus, inquit, est τὸν ἀπλοπλοῦν ἄκρως, eorum qui simplices sunt simplicitas, » quem forte imitatus Tertullianus lib. *De Bapt. cap. ii*, proprietates Dei ait esse simplicitatem et potentiam, ipsumque simplicia quaedam in sacramentis elegisse; theologiae vero scholae omnes personant Deum esse simplicissimum. rns, sine ulla compositione; in quo nihil varium, mixtum, et turbulendum, et dissimilibus concretum; summe unum. Quam simplicitatem omni ratione perfectam etsi nulla creatura consequi potest, monetur tamen ut vita et moribus, quantum fieri potest, ad illam accedamus; hanc autem quanti etiam in hominibus aestimet et amet Deus, ipsamet corporata sapientia Jesus Christus luculenter ostendit, quando non ex superba quapiam, auro gemmisque turgid i mundi regina; sed ex humilima et immaculata Virgine Maria, simplicitate candida, pudore rubicunda, carnem assumere ac nasci dignatus est: nam vix natus lucem intueri cepit, cum creatur, hie manibus oculis duere diem, cum caelestes misit nuntios ad cogendam pastorum simpliciump pompam, superbis quidem hominibus despiciendum, sed angelis venerandam, qui nec potentia tumidi aut philosophia gloriosi, sed moribus culti, simplicitate verecundiae decori adstantem in mundum Messiam honorarent. Quod divinae providentiae consilium magnifice praedicat D. Ambrosius lib. *ii in Luc.*: « Non gymnasia, inquit, choris referat sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisivit, quae phlerare audita et fucare nesciret: simplicitas enim quaeritur, non ambitio desideratur. » Par iudicium deinde Christus in apostolis legendis ostendit, quos principes religionis et lumina orbis terrarum esse cupiebat: neque enim illis cepit a scribarum arrogantibus caeli et supercilio

Deus est simplicitas, et amat simplicitatem.

Quasi Christus fecerit simplicitatem.

Christus soluit eligere alio quam simplicitate.

phariseorum, qui ad fraudem et malitiam eruditi, populi applausum et reverentiam callido artificio emerebantur; sed e communi vita simplices, innocentia vita et bonitate commendatos. Quam ob causam Petrus Chrysologus *Serm. 28*, apostolos divine vocat simplicitate pretiosos. Nolum profecto habere alios discipulos quam simplicitate candidos, et moribus animi innocentes Dei Filio simillimos: quae omnia praesentem sententiam luculenter confirmant, quoniam « Deus non projiciet simplicem, nec porriget manum malignis. »

His igitur exemplis primi christiani, et hoc magisterio sacrosancto imbuti, nihil pulchrius felicisque ducebant, quam hac pia et candida simplicitate precellere; unde Tertullianus lib. *De Spect. cap. xxix* ait esse in vita christiana « non strophas, sed simplicitates; » et lib. *de Cult. femini. cap. vii*. ornamenta apostolorum esse « de simplicitate candorem, de pudicitia roborem, » etc.; D. Ambrosius cum eandem virtutem in Salryo fratre mirifice commendavisset, suae dictioni axioma hoc divinum adjunxit: « Anima benedicta omnis simplex, » quod ante ipsum plus Propheta cecinit *Psal. cxl, 2*: « Generatio rectorum benedicitur, » sic vocans gentem et nationem simpliciam, hoc est eos qui recto sunt corde, et praequant Dei voluntatem sibi, ut interpretatur S. Augustinus *in Psal. cxi*. Haec ergo generatio benedicitur, hoc est a Deo bonis omnibus diluenter et copiose cumulabitur: ea enim vis verbi est, ut apud Isaiam cap. *lxi, 9*: « 1-6 sunt semen, cui benedixit Dominus. » Breviter ingentium bonorum eundem et magnificentiam am expressit, quae simplicibus reponuntur, atque in eorum sinum quotidie a Deo liberatissime et plena veluti manu conferuntur: quid enim de cessanti potest, quibus Deus benedicit? Itaque cum iusti hominis felicitatem vellet exponere consuevit levitate est usus cap. *iii, 10*: « Dicitur isto quoniam haec. » Simplicium scilicet comes Deus, cum ad eorum semper laetis ubique versetur, ubique benedicit, hoc est, aperit suae benevolentiae thesaurus, ut in candidas illas animas caelestia dona dispergat, easdemque mirificum in modum soletur et attollat: sicut e diverso malignos aversatur, ideoque « non porrigit iis manum, » id est, minime illis adjuvat, nec amittit: foetus cum illis jungit, aut ab iis minus accipit, ut Septuaginta vertunt, τὸν δὲ δαερον ἀποστρέφει; et dicitur, nec illam manus impii accipiet; quem admodum scilicet *Gen. iv, 5* « respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus; ad Cain vero et ad munera illius non respexit; » cuius nullam aliam Scriptura reddit rationem, quam quod Abel simplex esset, Cain vero malignus. Quo Baldad huc alludere videitur, et haud obscure David quoque respicit cum ait *Psal. v, 5*: « Mane adstabo tibi, et videbo: quoni non Deus volens iniquitatem tuas: neque habitabilis juxta te malignus: neque permanebunt injusti ante oculos tuos, » etc. Ut

Simpliciter a Deo bened. caute.

Malignos Deus aversatur.

Itaque Job malignorum abominationem evadat, et simplicium benedictionem oblineat, jubet eum Baldad sincero corde ad Deum converti, cuncta tunc illi prospera promittens.

Verb. 21. 21. **Donec impleatur risu os tuum et labia tua jubilo.** — *q. d.* Adeo te, mi Job, si simplex et perfectus fueris, non projiciet Deus, ut etiam inter infimos suos habiturus sit, et bonis omnibus ac gaudiis ad risum et jubilationem usque cumulaturus; siquidem ex virtute tanta exoritur animi lætitia, ut justī et puri a peccato semper ovare et triumphare quodammodo videantur: quare Propheta regius ita invitāt *Psalm.* xxxi, 11: « Gloriamini omnes recti corde, » ubi *gloriarī* est vehementer gaudere; unde quidam ita vertunt, *inestate ad orationem rectos corde*: apud Septuaginta est *καυχῆσθε*, quod victorum et triumphantium est proprium, qui fractis domisque hostibus tripudio quodam gestunt, cantu et lætitia efferuntur. Hebræa vox, qua David titulus, *jubilationem* significat; id Septuaginta et græci Patres passim dicunt *ἀλαζκεια*, in rebus lætissimis *jubilare*; hinc *ἀλαζκεια*, ut ait Hesychius, est *oda pro victoria*. S. Chrysostomus in *Psalm.* xlvi, exponit rem disertius: « Solent, inquit, exercitūs, quando inclinat hostium acies, non uti extrema victoria, sed concordī voce et jubilo quater eorum animos jam abjectos: quod est claræ victoriæ et trophæi argumentum maximū. » Hoc igitur lætitiæ genus promittit hic Baldad Jobo cum ait: « Donec impleatur risu os tuum et labia tua jubilo; » quæ nihil aliud significant, quam (ut S. Chrysostomus diceret) *ἰδοὺ τὸ ἰσχυρὸν ἔσθλην, ἰσχυρὸν* quoddam

Virtus lætitiæ, virtus tristitiæ, virtus pœnitentiæ. *exquisitamque lætitiām*: virtus enim incredibilem animi voluptatem ingenerat, ut e contra scelus angorem turbulentum et pungentes curarum molestias, quæ diurnam et nocturnam quietem penitus exhauriunt, comes enim sceleris est mala formido, et conscientiæ horror, et impendens pœne metus, ut Tantalo saxum. Gravissime Tertullianus lib. iv *Contr. Marc.* cap. xvii: « Nul-lum, inquit, maleficium sine formidine est: quia nec sine conscientia sui; » sed divinius ea de re habemus oraculum *Sap.* xvii, 11: « Semper sæva presumit perturbata conscientia, » inquit Sapiens: contra gessit et lætatur virtutis studiosus, et mirum quantum intimo in animo consolatione perfunditur. Quæ varietas in clypeo poetico auro expressa mihi videtur, in quo Vulcanus elegantissimo artificio urbes duas effinxerat; in quarum una sunt convivia, festus Hymen, et tripudia, et cantus, tædarumque festa luce nitentium magna copia; in altera vero bella, contentiones, rapinæ, pugna, ululatus, luctusque audiuntur et gemitus. Imago est utriusque arimæ tum gratia ornate, tum vitio deformate: in illa est læta et profunda pax, cantusque et choreis velut divinis plena sunt omnia; in hac vero dissonaque strepitu et tumultu ac concursu molestissimarum difficultatum omnia miscetur.

Atque ut e sacris potius quam ab Homeri ingenioso commento hæc illustrentur, si licuit erudito Poetæ fingere choros, et psanes, et lucernarum accensionēs, et *λαζκεια*, hoc est magna et apparatusissima convivia, ad animi lætitiām et alacritatem vitæ innocentis exponendam; paria prope velustior Mūsicis amicis Salomon *Prov.* xv, 15: « Secura, inquit, mens iuge convivium. » In hoc convivio defæcatum vinum est germinans virgines et honestissimas cogitationes, ubi non fibia strepit, non cinyra ludit, non chelys resonat, sed gratia modos facit, virtutes succinunt humanissima symphonia, cor justī liquida pace gaudioque perfruitur, et Dei laudes celebrat cantu læto jubilantis conscientiæ, adeo ut non raro etiam os ipsum risu impleatur et labia jubilatione: quod fit tum, quando exuberans animi lætitiā cordisque hilaritas per vociferationem, risum et exultationem aut hujusmodi exteriora signa se prodit. Hoc sensu David etiam eadem phrasi utitur ad ineffabilem populi israelitici, et babilonica captivitate liberati, lætitiām declarandam, cum ait *Psalm.* cxy, 1: « In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudio (hebraice risu) os nostrum, et lingua nostra exultatione: » risus enim et exultatio, jubiliatio atque confessio, laudatio et benedictio, vociferatio, et his similia, ad quæ Vates regius in Psalmis pios omnes frequenter invitāt et adhortatur, sinceræ et abundantis lætitiæ signa sunt, quæ Baldad Jobo minime defutura pollicetur, dummodo non ficto, sed sincero corde Deum colat, ac reveretur: quippe qui simplicem amplectitur, neque ab illo exornando manum auferit, donec ipsum perfecto spiritali gaudio cumularet; quod nemo in posterum ab eo tollere possit, adeo ut si quis ausu temerario ejus gaudium inturbare presumpserit, tantum abfuturum sit, ut voti sui compos fiat; quin et contra potius sibi medipos molestiam creaturus, et perpetuam confusionem allaturus videtur. Quapropter subdit:

22. Qui oderent te inducentur confusione: et verbum tuum ad Deum converso mirificam diviniæ protectionis manum prorsus propitiū addidit Baldad, quin imo futurum omnino vaticinatur, ut non tantum nihil ab iis, qui plusquam vatiano ipsum odio prosequuntur, incommodi relaturus sit; sed e contra visurus (quod erat votum Davidis, *Psalm.* cxx, 4), ut confundantur et deficiant detrahentes animæ ipsius, et operiantur confusione et pudore, qui querant mala illi. Illa autem confusionis significatio, *inducuntur confusione*, perelegans est, qua notari videtur illud rubeum quasi velum, quod vultui erubescientium tanquam quoddam indumentum obducitur. Eodem modo David inimicis suis imprecatur *Psalm.* cviii, 28: « Induantur qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicut diplode confusionē suā, »

Quomodo pudor.

Idem dicitur. id est sic eis adhæreat confusio, sic eos totos operiat, sic penitus circumvestiat, sic eam ubique circumferant, quomodo diplōis sive vestimentum adhæret corpori, et ipsum operit. Est autem hebraismus, quod exprimitur omnimoda et undique confundens vœreudicia, scilicet propter inhærentiam, assiduetam ac perpetuam, qualis est in vestimento, sine quo nemo saltem in publicum procedit. Vel aptius forsitan dicemus Baldadum generaliter loqui de opprobrio et infamia, qua iniquos affici solitos pro eorum sceleribus frequenter Scriptura commemorat, præsertim eos qui viris sanctis detraxerunt: hi enim vehementer conturbantur, et magno pudore afficiuntur, cum viros sanctos, quibus antea illuserant et detraxerant, et magno pudore afficiunt, cum viros sanctos, quibus antea illuserant et detraxerant, et magno pudore afficiunt. Id quod forte Baldad ipse alique amici Jobi postmodum experti sunt, cum Job et e malis emerisset, et multis a Deo ornatus fuisset beneficiis; ipsi vero Dei reprehensionem incurrisserunt, quod non locuti fuerint rectum coram eo, sicut servus ejus Job, ut in fine libri narratur.

Tabernaculum Ceterum cum subdit, « et tabernaculum impiorum non subsistet, » non tantum illos rubore

ac confusione suffundendos, verum etiam penitus exterminandos significat: *tabernaculum* enim vocat habitaculum in terra, quo sensu etiam David ad impium dicit *Psalm.* li, 7: « Propterea Deus destruet te in finem: evellat te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium, » significans eum tanquam domum non recte ædificatam, aut tabernaculum male compositum solo cœquandum, et penitus destruendum; aut tanquam arborem infrugiferam evellendam, et radicibus extirpandam, id est genus et prosopiam ejus totam delendam et abolendam; quandoquidem cunctis hominibus per modum radicis est genus cuique sum, *q. d.* Ex omni domo et omni cognatione tua te eliminabit, et emigrare faciet ab hęc habitatio et ab hominum super terram viventium conversatione ad diversorium mortuorum, quod est sepulcrum.

Tropologie S. Gregorius lib. viii *Moral.* cap. xxxii, hæc exponit de confusione, ignominia et ruina extrema, quam impii in die judicii sustinebunt; in quo minime subsistent, uti cap. vii, vers. 8 explicatum est.

Ceterum, quid ad hanc Baldadi orationem Job responderit sequens caput declarabit.

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Admittit Job Deum per omnia iustum esse, nec posse hominem eum eo de justitia expostulare; ostendens Deo non deesse rationes, ob quas possit, et interdum solent, non solum impios, sed etiam justos et innocentes in hac vita percutere et affligere; qui tamen de injuria minime conquirit, nec Deum in jus vocare possunt, sed justicem suam deprecari debent, quod nemo satis æquitate causæ sua confidere possit.

1. Et respondens Job ait: 2. Vere scio quod ita sit, et quod non justificetur homo compositus Deo. 3. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille. 4. Sapiens corde est, et fortis robore: quis restitit ei, et pacem habuit? 5. Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo. 6. Qui commovet terram de loco suo, et columnæ ejus contuentur. 7. Qui præcipit soli, et non oritur: et stellas claudit quasi sub signaculo: 8. Qui extendit cælos solus, et graditur super fluctus maris. 9. Qui facit arcetuum, et oriona, et hyadas, et interiora anstri. 10. Qui facit magna, et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus. 11. Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam. 12. Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest: Cur ita facis? 13. Deus, cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem. 14. Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? 15. Qui etiam si habuero quippiam justum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. 16. Et cum invocantem exaudierit me, non credo quod audiverit vocem meam. 17. In turbine enim conteret me, et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. 18. Non concedit requiescere spiritum meum, et implet me amaritudinibus. 19. Si fortitudo quaeritur, robustissimus est: si æquitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere. 20. Si justificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero,